



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Sermones prestantissimi viri Roberti de Latio: ordinis  
Minoru[m] sacre theologie professoris: pontificis  
Aquinatis**

**Caracciolo, Roberto**

**Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxiiij. vi. no. Maij.**

In natiuitate d[omi]ni n[ost]ri iesu christi. de possibilitate qualitate [et]  
iocu[n]ditate in carnationis verbi dei. Sermo. xxiiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

## De natiuitate dñi.

da iniuria creatiois? Nascit xps paru-  
lus: humilis: pauper: iugēs in precepto  
p salute hoim: et ecce blasphemaf. Nō  
est hec via vt eius grā nos dignos red-  
damus. Inquit em̄ ap̄ls ad Roma. xij.  
Abijciamus opera tenebrarum et indu-  
mur arma lucis: vt i die honeste ambu-  
lemus. Nō in comestationibus et ebue-  
tationibus: nō in cubilibus et impudicijs  
nō in cōtentōe et emulatione: sed indui-  
mini dñm nostrum iesum xpm. Eadem  
nāq; in xpo factū esse: qđ in ppheta p  
Johannē allegata cōtinebat. Dumles  
em̄ qui p valles itelligunt impleti sunt  
bonis spūalibus. Mōres qui sunt sup-  
bi tyranni: sicut fuit Herodes: Nero:  
Domitianus: Diocletianus: et alij xpm  
persequētes humiliati sunt. Corda pra-  
ua directa sunt: sicut fuit in Maria ma-  
gdalena peccatrice. in Mattheo publi-  
cano: et ceteris ad xpm cōuersis. Corda  
aspera et contra christum indurata mol-  
lificata sunt et deducta in vias planas:  
sicut patet in Paulo. Si ergo christus  
est qui grām donat: rebelles repunit:  
pctā dimittit: et duros sua pietate molli-  
ficat: ipsum amare: ipsum timere tene-  
mur: et dignū sibi habitaculū in nostra  
mente preparare. ¶ Tertio p̄dicabat Jo-  
hānes salutis noticiā qñ dicebat: Vide-  
bit omnis caro salutare dei. Lu. iij. Ebi  
Chrys. ait: Ostenditur hic qñ ad fines  
mūdi diffundet euangelij virtus atq;  
cognitio. Greg. in homel. ait: Ois caro:  
id est ois hō salutare dei. i. xpm in hac vi-  
ta videre nō potuit. Prop̄ha ergo oculū  
ad extremum iudicij diē rēdit: quā-  
do hūc oēs et electi et reprobī pariter vi-  
debūt. hec Greg. Nos itaq; qui xpm per-  
fidem videmus conemur ita seruire vt  
mereamur ipm aspiciere gliosum cū ple-  
nitudine oim n̄roz desiderioū in felici  
illo regno: in quo ipse viuūt p infinita se-  
cula seculoz. Amen.

¶ In natiuitate dñi n̄ri iesu xpi: de pos-  
sibilitate qualitate et iocunditate incar-  
nationis verbi dei. Sermo. xxij.  
¶ Iesus letāter nascit. Fructus. xxij.



## Euāgelizo vo-

bis gaudium magnū qđ  
erit oī pplo: qz natus est  
vobis hodie saluator: mū-  
di: qđ est xpus dñs: in ciui-  
tate dauid. Scribunt hec verba Lu. ij.  
et in euāgelio prime misse huius sacra-  
tissime solennitatis. Dies hic celeberris-  
mus dilectissimus in xpo iesu summa cum  
deuotione est excolendus: in quo scā m̄  
ecclia recolit mysteria iocūditissima na-  
tiuitatis saluatoris nostri iesu xpi. Quid  
namq; dulcius pot̄ audiri: qđ iuauius:  
qđ ve mirabilius: qđ qd iesus xps filius  
dei in bethleē nascit? Currite gētes et ve-  
nite oēs cū pastoribus ad vidēdū dei fi-  
liū p nobis pctōibus in p̄sepe natum.  
Hoc sit nobis hodierna die studiū ma-  
gnificētia vt natiuitatē iesu xpi pie ar-  
denter atq; affectuose contēplari velis-  
mus. Inuigilet sensus n̄ri: et puerulum  
xpm iesum suscipiamus reuerēter. De qđ  
in p̄nti sermone dicere volētes fructum  
pponimus: qui est. Iesus letāter nasci-  
tur. Qđ angelus testificatus est in ver-  
bis ppositis in themate: in qbus nascē-  
tis xpi gaudiū expūim. Ebi et nos tria  
mysteria cōtemplabimur.

Primum dicitur incarnationis possi-  
bilitas.

Secūdo dicitur natiuitatis qualitas.

Tertio dicitur natiuitatis iocūditas.

¶ Quia incarnatio xpi est possibilis. Cap. s.

¶ Quidm̄ mysteriū dicitur incarna-  
tionis possibilitas. In quo  
explicemus p̄tra nōnullos  
impie sentiētes qđ deū icar-  
nari fuit impossibile. Qđ autē  
hoc sit falsum pz: qđ suū oppositū est ve-  
rum. Et hoc tangit a doctozibus. videly  
sc̄to Tho. et beato Bona. in. iij. sen. di. s.  
ar. s. q. s. et pbat ipsuz possibile esse icar-  
nari tribus rōnibus.

Primo rōne oipotētē.

Secūdo rōne excellētē.

Tertio rōne pueniētē.

¶ Primo pbat rōne oipotētē. Nam de-

cū sit oipotēs: pōt oē illud qđ nec p̄tra:  
dictionē includit: nec aliq̄ defectū in  
deo ponit. S̄m illud Lu. j. Nō erit ipos:  
sibile apud deū oē verbū. Sed deus hu:  
manā naturā assumere nec includit con:  
tradictionē: nec in deo aliq̄ defectum  
ponit. Nā diuinā naturā vniri humane  
in vnitāte p̄sone nō est aliud q̄ diuinā  
p̄sonā q̄ ab eterno fuit hypostasis respe:  
ctu diuine nature: esse hypostasis respe:  
ctu humane nature in tpe. Hoc autē non  
dicit aliquā impfectionē: sed potius di:  
gnitatē ⁊ nobilitatē. Sicut em̄ cū deus  
sit ens ab eterno: in nullo sit derogatio  
bonitati sue: dū est causa bonitatis crea:  
ture create in tpe: quis bonitas create  
lōge sit inferior: bonitate increata. Sic  
etiā p̄sona filij dei cū sit hypostasis itel:  
lectualis ⁊ sp̄ialis ⁊ increata ab eterno  
in nullo derogat si sit hypostasis rōna:  
lis nature create i tpe. Et quēadmodū  
deus de nō create sit creās i actu absq̄  
aliq̄ sui mutatiōe vel inuatiōe: sed so:  
lū facta mutatiōe ex parte nature crea:  
te: sic p̄sona filij dei q̄ nō erat hyposta:  
sis humane nature in actu: h̄ esse eius  
hypostasis absq̄ aliqua sui mutabilita:  
te solū facta mutatione ex parte nature  
assumptē. Et quēadmodū deus est in  
creatura p̄ essentia ⁊ p̄ p̄ntia ⁊ p̄ poten:  
tia ⁊ in nullo depēdet ab illa: sed poti:  
us depēdet creatura ab ipso tāq̄ a cā p̄ser:  
uāte ⁊ sustentāte: sic de cū est i creatura  
rōnali p̄ vniōnē nō depēdet ab ipsa: sed  
potius ecōuerso: q̄ h̄ sustentari in illo:  
sicut natura h̄ substantificari in perso:  
na. ¶ Sēda rō d̄: excellētie. Nam vt ait  
Dilarius. Plus pōt deus facere q̄ ho:  
mo dicere vel intelligere. S̄ h̄ pōt di:  
cere vel intelligere rōnabiliter deū hu:  
manā naturā assumere: ergo multo ma:  
gis de pōt hoc facere. Intelligat nāq̄  
h̄ congruū fuisse deū incarnari. Zum  
p̄pter sue potētie sapiētie ⁊ bonitatis  
eminentē manifestationē: que quidē fa:  
cta est in humani generis susceptione.  
Zum p̄pter operū diuinorū excellentē  
p̄sumptionē que est facta cū vltimū

coniunctū est primo. Tū p̄pter humilē  
p̄cti solutionē ad liberationem hoīs ca:  
ptiuit: q̄ sola p̄sona diuisa erat q̄ p̄pōde:  
rabat toti humano generi. ¶ Tertia rō  
d̄: conueniētie. Nā eorū est facilis vniō:  
que adinuicē similitudinē habēt. Sed  
h̄ est creatus ad similitudinē ⁊ imagi:  
nē dei. vt d̄: Gēn. j. ergo humana naturā  
ra diuine aliquo mō est vnibilis in plo:  
na. Et si d̄: q̄ nulla pōt esse vniō inter il:  
la inter que nulla est p̄positio: sed dei q̄  
est infinitus ad creaturā q̄ est finita nul:  
la est proportio: ergo nulla potest esse  
vniō. Ad hoc dicendum q̄ duplex est  
proportio. Una que attenditur in cons:  
ueniētia ordinis. Alia que attenditur  
in cōmēsuratione quantitatis. Cū ergo  
d̄: q̄ omē vnibile est p̄portionabile ⁊ c̄:  
dicendū q̄ verū est si intelligat de pro:  
portione q̄ attendit in cōueniētia ordi:  
nis. Si autē intelligat de p̄portione q̄  
est in cōmēsuratione quātitatis: non  
habet veritatē p̄ eo q̄ si aqua maris in:  
finita esset: adhuc posset sp̄gia immer:  
gi: sicut nunc immergeret. Et ideo suffi:  
cit ad vniōnē p̄portio que p̄surgit ex cō:  
ueniētia ordinis. Et talis est cōuenien:  
tia que est inter creaturam rōnalem  
⁊ deum: p̄ eo q̄ creatura rōnalis eo ip:  
so q̄ est imago dei: nata est ordinari in  
ipsa. Diximus qualiter doctores theolo:  
gici possibilitatem incarnationis osten:  
dunt: qđ a nobis nō est curiose inuesti:  
gandum: sed mēte potius affectuose re:  
colendum.

¶ Quo tpe ⁊ loco ⁊ qua paup̄tate xp̄s  
natus sit. Cap. ij.

**S**ecundum mysterium dicitur  
natiuitas qualitas. In  
quo considerare debemus  
qualiter christus natus de:  
scribitur ab euāgelista. Ex  
cuius consideratione tres conditiones  
xp̄i nascētis colligimus.

Prima d̄: tēporalitas.

Sēda d̄: localitas.

Tertia d̄: paup̄tatis.

¶ Prima cōditio dicitur tēporalitas:

## In natiuitate dñi.

Designatur namq; in euangelio q; chri-  
stus natus est Octauiani imperatoris  
tempore. Qui vt scribit Suetonius et  
Eutropius nat<sup>9</sup> est in ueletrano oppi-  
do. viij. kal. septēbris ex p̄re Octauiano  
senatore et matre Actia nepte Julij ces-  
saris genita ex Julia sorore: q; nupsit  
L. Balbo. De quo refert plinius in. ij. hi-  
storie naturalis: q; cū vrbem intraret ap-  
paruerūt stelle circa solē in modū coto-  
ne posite. Hic sedatis oibus bellis orbē  
totū suo subiecit impio: cūctis inimicis  
et turbationib<sup>9</sup> romanorū deuictis. Re-  
gnauit nāq; annis. lviij. duodecim cum  
M. Antonio. et M. Lepido. et xliij. per-  
se. Et vt dicit Solinus de mirabilibus  
mūdi tps Augusti solū reptū est q; pluri-  
mū arma cessauerūt et ingenia flo:uerūt  
fuerūt em̄ tūc Horat<sup>9</sup> Flaccus. Vergili<sup>9</sup>:  
Quidius: Mæcer: Catullus veronēsis:  
Terenti<sup>9</sup>: Varro. M. T. L. Apollodor<sup>9</sup>.  
Valerius: Messala. Valerius maxim<sup>9</sup>:  
et plures alij. Et autē dicit Orosius.  
Octauianus victorē ab oriēte cū-  
triplici triūpho urbem ingressus: tunc  
pūm<sup>9</sup> q; rēpublicā auerat: August<sup>9</sup> est  
salutatus. Et cū pacificū possideret imp-  
periū edictū fecit vt describeret vniuer-  
sus orbis vt sciret q̄t puincie: q̄t hoies  
essent in toto orbe. Et dicebatur descri-  
ptio: q; nūerus eorū qui censum ferebāt  
redigebatur in scriptis: vt refert mag<sup>9</sup>  
in histo. schola. Dicebat etiā p̄fessio: q;  
quilibet offerens denarium suum p̄fesi-  
di ponebat illum super caput suum: et  
pprio ore p̄fitebatur se esse subditū ro-  
mano imperio. Regnāte hoc imperato-  
re p̄ssimo xps deus filius nasci voluit.  
Hic Beda ait: Nascatur in carne dei fil-  
lius sicut de virgine nat<sup>9</sup> virginittatis  
sibi decus ostendit esse gratissimum: sic  
pacatissimo seculi tempore procreatur:  
quia pacem querere docuit: et pacis se-  
ctatores inuisere dignatur. Nulluz autē  
maius potuit esse pacis indicium: q̄s to-  
tum orbem vna descriptione concludi:  
cum Octauianus augustus tanta. xij.  
annis circa tempus dominice natiuita-

tis pace regnauit. Theophil<sup>9</sup> s̄o ait: Cū  
ueniens erat vt per christū cultus muls-  
torū deorū deficeret: vnus deus colere-  
tur: vñ vnus rex orbi imperasse describi-  
tur. Nec existimare debemus regem res-  
gū iesum xpm sub descriptione mundi  
natū absq; mystica et rōnabili cā. Dicit  
Origenes. Diligentius autē intuenti sa-  
crāmētū quoddā videtur significari: q;  
in tot<sup>9</sup> orbis professione describi oportu-  
it xpm: vt cum oibus scriptis sc̄ificet  
ret oēs. Diego. in homel. inquit: Mysti-  
ce aut nascituro dño mundus describitur:  
q; ille apparebat in carne q̄ electos  
suos ascriberet in eternitate. ¶ Secūda  
conditio dñi xpi nascētis localitas. Na-  
sci em̄ voluit in bethleem iude: ad quas  
iuerat ioseph cū maria: eo q; esset de do-  
mo et familia dauid s̄m Nico. de lyra:  
q; inde oriundus fuit. vt d̄r. s. Reg. xvij.  
et ioseph erat de genere dauid: sicut d̄r  
Mat. s. Et non est alienū a p̄posito: q;  
iesus xps natus est in tā humili loco: et  
non in hierlin nec in maxima roma: q;  
in oibus suis actibus se humilem exhi-  
bere voluit. Hic bethleem elegit sue na-  
tiuitati: hierlm sue passioni: vt per hoc  
gloriam hoim confutaret: qui in ciuitate  
ignobili nascens: in ciuitate nobili est  
passus opprobriū. Et vt dicitur in quo-  
dam sermone ephesini cōcilij. Si maxi-  
mā romā elegisset ciuitate: propter po-  
tentia ciuiū mutationē orbis terrarum  
putarēt: si filius fuisset imperatoris po-  
testatis autoritates imperatori ascribe-  
rent. Sed vt humilitas xpi ostenderet:  
et diuinitas cognosceretur orbē terras  
rū transformasse: pauperulā elegit ma-  
trem: pauperiorē et ignobiliorē patriā.  
It̄ in signū perfecte victorie et vt suam  
potestatem ostenderet: in ipsa roma q;  
caput erat orbis statuit caput ecclē sue.  
s̄m illud Esa. xlvj. Ciuitatem sublimes  
humiliabit: et cōculcabit eam pes pau-  
peris. i. christi. gressus egenorum. i. pe-  
tri et pauli apostolorū eius. ¶ Tertia cō-  
ditio dicitur christi nascētis paupertas  
De q̄ ait Lucas. ij. c. Impleti sunt dies

marie vt pareret: et peperit filius suum  
 primogenitū: et pannis eū inuoluit: et  
 reclinauit eū in praesepio: quia non erat  
 ei locus in diuersorio. Diuersoriū nāq;  
 ēm magistrū in historia scholastica di-  
 citur operimentū quod est inter duas  
 domos: sub quo ciues ad colloquendū:  
 vel propter aeris intēperie diuertebāt.  
 vbi Joseph bouit: et asino praesepē fecerat.  
 Mirare modo aīa mea q̄ extrema fuit  
 paupertas regis celoz et oīm creatura  
 rū nascentis. Audi Hieronymū ad mar-  
 cellā de vībe secedenda dicentem: Quo  
 sermone: qua voce speluncā tibi salua-  
 toris exponā? Et illud praesepē in quo in-  
 fantulus vagit: silentio magis q̄ in fi-  
 mo sermone honorādū est. Vbi sunt las-  
 te portae? Vbi aureata laquearia? Vbi  
 domus miserorum penis et dānatorū  
 labore vestite? Vbi ad instar palatij pri-  
 uatorū extructe basilice: vt vile corpuscu-  
 lū hominis preciosius inambulet et q̄si  
 mundo quicq̄ non possit esse ornatus  
 tecta sua magis silentio aspiciere q̄ celus?  
 Berthe. Ecce i hoc paruo terre forami-  
 ne celoz cōditor nat⁹ est: hic inuolut⁹  
 pannis hic visus a pastorib⁹: hic demō-  
 stratus a stella: hic adoratus a magis:  
 hec ille. Et idē ad Eustochiū. Ille cuius  
 pugillo mūdus cōcludit⁹: praesepis conti-  
 netur angustia. O qd erat videre filius  
 dei inuolutū pannis vagientē: lachry-  
 mantē: pre frigore tabescentē? Eamus  
 oēs queso cū pastoribus et dicam⁹ sibi.  
 O angeloz rex dignissime: qui p nobis  
 ad hanc necessitatem venisti: vt ex pau-  
 percula marie i tuguriolo vilissimo nō  
 habes vbi caput reclines: quid vis a  
 nobis? Quid tibi persoluere possum?  
 His aurū: vis argentū? Placēt tibi vel  
 gemme vel iocalia vel preciosa queq; di-  
 uertibilia? Et si forte ista spreueris que  
 faciunt tantū ad ornātū pro tua necessi-  
 tate domū acciperes ad habitandū:  
 ligna et pannos ad calefaciendū. Et  
 mox infantulus iste clamabit ardentē.  
 O rationales creature nolo mundi diui-  
 tias: nolo delicias: nolo magnificētias,

Ecce vestram carnem assumpsi. Puera-  
 lus sum et pro vobis trigintatrib⁹ an-  
 nis laborabo indefinēter in fame et siti:  
 in vigilijs et peregrinationibus: in an-  
 gustijs et persecutionibus: in plagis et  
 vulneribus: in sanguinis effusione vsq;  
 ad mortē. Si mihi placere cupitis qui  
 vos ita diligo: peccata vestra mihi do-  
 nata. Ille super humeros meos ponite  
 dolentes in corde vestro de quibuscūq;  
 cōmissis: et ego pro vobis satisficiam.  
 Ego oīm penitentiā portabo. O huma-  
 ni cordis duricia cur nō mollis: cur nō  
 flexis: cur nō mouet ad vocē oīm salua-  
 toris. Sunt nēpe hūane mētes gelate et  
 ferro duriores: qm̄ xpm̄ paruulū clama-  
 tem et dicentē: pctā deponite pctā depo-  
 nite: quia propter peccata incipio pereg-  
 rinari ad mortē non audiunt. Sed qd  
 tu faciebas o virgo piissima: quando vi-  
 debas in assumpta carne factū rem oīm  
 tam infimo loco natū? Flebāt oculi tui.  
 Que tantomagis eras pietate deuicta:  
 quanto certior eras de altitudine secre-  
 ti. Nempe humanus intellectus excogi-  
 tare non posset qualiter virgo sacratis-  
 sima puella et plena gratia: sui filij ardē-  
 tissimā paupertatē desceuit.  
 Quod omnes creature in christi natiuitate  
 te signum iocunditatis ostenderunt,

## Capitulum. iij.



Tertium mysteriū dicitur na-  
 tiuitatis iocunditas. Nam  
 natiuitas presentium letissi-  
 ma debet esse animis q̄bus  
 cūq; bene depositis. De qua  
 et nos triplicem iocunditatem infere-  
 mus.

Prima dicitur supernaturalis.

Secunda dicitur virginalis.

Tertia dicitur generalis.

Prima dicitur supernaturalis: que  
 facta fuit in angelicis choris. Et quidē  
 angelus vnus letus ad pastores descē-  
 dit: qui vigilias noctis custodiebant su-  
 per gregem suum: annūcians eis q̄ nas-  
 tus esset Iesus: cū quo facta est multi-  
 tudo magna celestis exercitus cātātus

gloria in altissimis deo &c. Et vt inquit Beda in homel. nunq̄ in tota veteris testamēti serie reperimus angelos: q̄ tam sedulo apparuerūt patribus: q̄ cum luce apparuerint. Sed hoc priuilegiū recte huic tpi est referuatū: qm̄ ero: tum est in tenebris lumen: & rectis corde leticia. hec ille. ¶ Secūda iocūditas dicitur virginalis. Suscepit equidē virgo gloriosa inestimabile gaudiū: cū vidit se peperisse sine corruptione: & sine dolore. Nec vt quidā fatue arbitrantur iacens peperit filiū suū nec obstetricū habuit adiutorū. Unde Hierony. aduersus Heluidiū. Nulla ibi obstetrix fuit: nulla mulierularū sedulitas ircessit. Ipsa p̄nis inuoluit infantē: ipsa & mater & virgo. Puto em̄ q̄ appropinquante hora partus sensit h̄go purissima tātam intellectus leticiā quantā nō senserat vnq̄ omnibus diebus vite sue: et oēs sensus eius spirituales & corporales quadā inenarrabili suauitate replebantur. Et eleuata super humanas vires in abyssum diuine contemplationis: ita cū immenso dulcore peperit filiū suū. Quem vt vidit natū: mox adorauit vt verū deū: et deinde illum ad se suscipiēs suo pectori strinxit: et pannis inuoluendo lacte suo purissimo pascebat. Audiuit & angelos contātes: vidit pastores cū admiratione venientes ad inquirendū de saluatore nato: quem ipsa parturierat: ipsa tenebat: ipsa tractabat. O gaudiū vere incognoscibile: cū h̄go gloriosa videbat oculis corporeis: quē sancti patres ceteriq̄ electi desiderauerunt inspicere: nec solū filiū suū sentiebat: sed suū ipsius & etiam dei filius esse intelligebat. ¶ Tertia iocūditas dicitur generatis. Nam dño nascente oēs quodāmodo creature vise sunt suo modo letari. Creatura nāq̄ pure corporea letata est: q̄ vt testatur Inno. in. Tpe illo quo rome longo tpe pax fuit: romani templū pacis pulcherrimū construxerunt: & ibi statuā Romuli posuerunt. Consu- lentes h̄o Apollinē quātū duraret acce-

perūt respōsus quousq̄ virgo pareret? Quō ipsi audientes dixerūt: in eternū durabit: q̄ virgo nunq̄ pariet. An̄ & in foribus templi titulū hūc scripserūt. Templū pacis in eternū. Sed in ipsa nocte qua virgo peperit tēplū fundit̄ corruit. Ubi mō est ecclia: q̄ scē marie noue dicitur. ¶ Secūdo letata est creatura corporea et lucida vt p̄dictus Innocē. papa dicit: In ipsa enim nocte natiuitatis obscuritas aeris in claritatem diei versa est: et in die natiuitatis domini tres soles in oriente apparuerunt: qui paulatim in vnū corpus solare redacti sunt: h̄ in historijs scholasticis dicit̄ q̄ hoc non fuit in die natiuitatis: sed ante p̄ aliquō tpe .s. post mortē Julij cesaris: qd̄ etiā eusebius in chronica asserit. Orosius h̄o dicit verba hec. Hora circiter tertia tpe liq̄do ac puro & sereno: circulus ad speciem celestis arcus orbē solis ambiuit: quasi venturus esset q̄ ipm̄ solem solus mundūq̄ totū effecisset et regeret. Ad- dit et Innocentius rē dignā miratu q̄ Octavianus imperator in tantū senatus placuit: vt ipm̄ p̄ deo colere vellēt. Qui se mortale intelligēs: immortalit̄ sibi nomen noluit usurpare. Ad illorū h̄o ipotunā istātiā Sibyllā pphetissā aduocat: scire volens p̄ eius oracula: si in mundo aliqui eo maior nasceret. Et cū in die natiuitatis dñi cōcilium super hac re cōuocasset: & Sibylla in camera imperatoris oraculis insisteret: in die media circuli nitens apparuit circa solē: & in medio circuli h̄go pulcherrima filiū gestās in gremio. Tūc sibylla hoc cesari oñdit. Eū aut̄ imperator ad p̄dictā visio- nē plimū admiraret: audiuit vocē dicē- tē: Hec est ara celi. Dixitq̄ ei Sibylla. Hic puer maior te est: ipm̄ adora. Et in camera in q̄ hec celebrata sunt: i honore scē marie dedicata est ecclia: q̄ vsq̄ hodie dicitur ara celi. Octavianus h̄o puer sibi monstrato myrham dedit: et deus de cetero vocari recusauit. ¶ Tertio letati sunt pastores inuenientes sicut dixerat eis angelus. Unde et nos

De templo  
pax rome

## De sancto Stephano. Sermo. XXIII

Omnes letari debemus et spūaliter iocundari: quia ait Leo papa in sermone. Saluator noster hodie dilectissimus natus est: gaudeamus. Neque enim loci fas est esse tristitie: ubi natalis est vite: que consumpro mortalitatis timore ingerit nobis de pmissa eternitate leticiā. Nemo ab huius alacritatis participatione secernit. Una cūctis leticie communis est ratio: quia dñs noster mortis peccatiq; destructor: sicut nullū a reatu liberū repperit: ita liberandis oib; venit. Exulter sanctus: quia appropinquit ad palmā. Gaudeat peccator: quia inuitatur ad veniā. Animus gētilis: quia vocatur ad vitam. hec ille. Igitur leti facti sunt celi et ciues celorum. Sic et nos gaudentes referamus grās deo: qui se ipsum dedit parvulū: ut nos magnos faceret in regno celoz: in quo vivit et regnat p infinita secula scloz. Amen.

In festo sancti Stephani p̄homartyris de eodem. Sermo. xliij.  
Stephanus Iesuy videns. Fructus. xliij



### Video celos

apertos et Iesum stantē a dextris sicut dei. Act. viij. In tribulatione positus ac laborantibus dilectissimus in xpo Iesu pro diuino amore non deest auxiliū sue gratie: qua fit ut quecunq; ardua et difficillima nō solū moleste: sed iocunde et equo aso ferāt. Nihil em̄ morte terribilius. Hāc tamē amici dei cū op; fuit passi sunt p xpo gaudentes: Et nemulorū exēpla referamus: proponitur exēplū de p̄homartyre: qui i etate sordidissima lapidationis martyriū patientissime tolerauit. Cui cū ex debito cogamur honores deuotum exhibere: ut possim; suffragio ipsius sue sanctissime vite esse imitatores: de ipso in presenti sermone dicturi sumus sub vno fructu: qui est Stephanus Iesum videns: sicut dicit in thesmate. Video celos apertos etc. In quib; sanctissimus dñs tria principalia pri-

uilegia beati Stephani notabimus.

Primum dicitur gratie.

Secundū victorie.

Tertium glorie.

In Stephano fuit gratia. Cap. f.

Primum p̄uilegiū dicitur gratie: de quo dicitur Act. viij. Stephanus autē plenus grā et fortitudine faciebat signa et prodigia magna in populo. Nā cū tria sint peccata prima: que ad cetera reducuntur: videlicet superbia: auaricia: luxuria. Pro quibus dicitur. f. Job. ij. Omne quod est in mundo: concupiscētia carnis est: et concupiscētia oculoꝝ: et supbia vite: necessarius est unicuiq; laborare ut ab his nō superet: quinimo vincēdo contrarias sequat virtutes. Quod esse nullo mō pot sine diuina gratia sicut docet Aug. in lib. de correptione et gratia: et in libro de predestinatione sanctorū: et in enchiridion. Deus autē benedictus unicuiq; laborare volenti et facere quod in se est: hanc gratiā libere largit: adeo ut nullus de propria negligētia cōqueri possit. An Lyprianus in epla ad dñm ait: Perfluēs largit spūs: nullis finib; premitur: nullis metarū spacijs frenatur: Admanna iugiter eruberat affluenter: Nostrū pectus tm̄ sitiatur pateat. Quātum illud fidei capax offerimus: tātur inundantis gratie haurimus. hec ille. Quod clare percipim; in beato Stephano xpi p̄homartyre dilectissimo: qui grā diuina superauit pfata peccata: et obtinuit in se tres solēnes virtutes: videlicet

Prima est virtus humilitatis.

Secūda est virtus paupertatis.

Tertia est virtus castitatis.

Prima virtutē quā obtinuit beatus Stephanus dicitur humilitatis in honore sibi ab ecclesia exhibito. Et enim docet scriptura Act. viij. ipse nō fuit vltimus: immo primus et septē diaconibus ab apostolis ordinatis in ministerio. Cū em̄ esset maxima multitudo credentiū: que in dies crescebat. xij. apostoli decreuerūt eligere septē qui poss-